

Littere quietationis de satisfactione
pene interfecta mulieris in suburbio
Wolborensi.

88

Hoc Johannes Subcamerarius Sandomirien-
sis notum facimus, quibus expedit universis,
quod strenuus Vir Trzimiro Thesaurarius Brzo-
stensis, ac tutor bonorum Reverendi Patris Domi-
ni Episcopi Cujaviae circa Wolborz situatorum
veniens ad nostram presentiam ex parte dicti
Domini Episcopi Serenissime Principis Domi-
nae Hedwigi Reginae Poloniae, et nobis pro
homicidio mulieris in suburbio Wolborz, volga-
riter Kulsov dicta, interfecta, ut debuit, con-
decenter satisfecit. Qua satisfactione habita
prefatum Dominum Episcopum, ac cives in
eodem suburbio commorantes auctoritate Illustris
Reginae Poloniae a poena predicti homicidii
absolvimus, et quietamus. In cuius rei eviden-
tiam Sigillum nostrum est appensum. Datum
in Radosticz feria secunda, die beati Nico-
medis, Anno Domini 1370.

